



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput XXXIV. De obitu Magni Constantini: & quomodo percepto tandem  
baptismi sacramento ex hac vita decessit, sepultusque est in basilica  
Apostolorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14233**

σωσεθῆναι τοῖς ἰσὺ ἀνῶν δευθῆσι, μὴ  
 τε ἐν ἱεροσολύμοις ἴπῃ δρεῖω, μὴ τε τῆς  
 ἀοικερώσεως τῆς μεγάλης μαρτυρίας μετὰ ἰον-  
 πῆ, δι' ἀποφυγῆ τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας·  
 ἀμέλητοι γὰρ φόντες πρὸς αὐτῶν βασιλείᾳ,  
 καὶ ταῦτα εἰς διαβολῶν προύφερον ὡς καὶ  
 ἀπὸ ἱεροσολύμων ἰσὺ αὐτῶν, μὴ ἀξιώσασθαι  
 τῶν ἀφίερων πιῆσαι τῶν ἐν ἱεροσολύμοις  
 κείνῃ οἰκοδομηθέντων· πρὸς φασὶς δὲ γέγονε  
 μαρκελίῳ ταύτης τῆς γραφῆς, ἀσεβείας τε  
 ἐκ καππαδοκίας Ἑφισῆς, ὅς καὶ πρὸς τῶν  
 δόγματι λογῶν συγγράφων, τῆ δρεῖς δὲ  
 ἐν συμφορῶν, πρὸς αὐτῶν πόλεις ἐπε-  
 δέωτο, καὶ τοῖς ἐπισκόποις καὶ ταῖς γνωμέ-  
 ναις συνόδοις ὡς ἐπίπαν παρεγγίνετο ἀνπλε-  
 γησθῆναι μαρκελίῳ, ἢ ἐκὼν, ἢ ἐχ' ἔτω  
 νόσας, εἰς τὴν παύλιν τῆς Καισοῦλας Ἰξε-  
 κλήτης δόξαι ἀλλ' ὁ μὲν, τῆ ἐν Καισοῦσιν  
 δὲ ἵερον ἰσὺ ἐπισκοπὴν ἀνέληθε, μὴ φρονεῖν  
 ὡς ἐλογισάμεθα.

A decreverant minime consensisset, nec iis  
 quæ Hierosolymis de Ario constituta  
 fuerant, acquiescisset, nec dedicationi  
 magni Martyrii interfuisset, ipsorum sci-  
 licet communionem devitans. Deniq;  
 scriptis de eodem Marcello literis ad  
 Imperatorem, ista quoque criminati  
 sunt, quasi & Imperator ipse ab illo  
 contumelia affectus fuisset, quippe qui  
 basilicæ Hierosolymis constructæ dedi-  
 cationem præsentia sua cohonestare de-  
 trectasset. Porro scribendi hujus libri  
 occasionem Marcello præbuit Asterius  
 quidam Sophista è Cappadocia: qui  
 cum libros de fide scripsisset cum Ario  
 opinione consentientes, civitates cir-  
 cumiens, eos recitabat, & unâ cum  
 Episcopis singulis fere Conciliis inter-  
 erat. Nam dum ei contradicere vult  
 Marcellus, sive sua sponte, sive impru-  
 dens, neque ita sentiens, in opinionem  
 Pauli Samofatenis prolapsus est. Ve-  
 rum Marcellus postea in Serdicensi Syn-  
 odo Episcopatum suum recuperavit,  
 cum se nequaquam ita sentire demon-  
 stravisset.

Κεφ. λδ'

C APUT XXXIV.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ μεγάλου καισαυτίνου, καὶ ὡς ἕσπερον  
 βαπτισθεὶς ἐτελεύτησε, ταφεὶ δὲ τῇ τῆς τῶν ἀγίων  
 ἀποστόλων.

De obitu Magni Constantini, & quomodo per-  
 cepit tandem baptismi sacramento ex hac vita  
 decessit, sepultusque est in basilica Apo-  
 stolorum.

Ὁ Δε βασιλεὺς, ἢ δὴ πρῶτον εἰς τὰς  
 παύδας καισαυρας ὄνας τῶν δρεῶν  
 δειλῶν καὶ κωνσταντίνῳ μῆρ καὶ κωνσταντίνῳ  
 πρὸς δύσιν ἀπονεύμας, κωνσταντίνῳ ὁ  
 πρὸς ἑὸν μαλακιδεῖς τὸ σῶμα, ὡς ἀν-  
 ἄμωτοις λουτροῖς χρησόμενα, ἤκεν εἰς ἑλε-  
 νικῶν βιθυνῶν χαλεπώτερον δὲ διαλε-  
 νῆς, διεκομιδῆ εἰς νικομήδειαν· ἐνθα δὴ  
 ἐν πρῶτῳ διάγων, ἐμνήθη τῶν ἱερῶν  
 βαπτιστῶν ἐπὶ τούτῳ τε σφόδρα ἠδείς,  
 χρεῖν ὁμολογῆ τῶν θεῶν διαθήκην τε  
 ποιήσας, τοῖς μὲν παισὶ δεινεῖται τῶν δρεῶν,  
 ὡς πρῶτον πρὸς εὐεία δὲ, τῶ μὲν τῆ πρὸς  
 ἑτέρῳ ῥώμη, τῶ ὅ τῆ ἐπωνύμῳ αὐτῶ καλα-  
 λῶν, ἔδωκε τῶν διαθήκῶν πρὸς ἑ-  
 τέρῳ, ὅ ἐπανέτιν ὄντα ἀρεῖς, ἀγαθὸν  
 ὅ τῶ βίῳ, παρεδέδο ἀπὸ τελευτῶσα κων-  
 σταντία ἢ ἀδελφῆ καὶ ὄρκον προδούς, ἐνε-  
 τάλλε κωνσταντίνῳ δεῖναι ἐπειδὴν ἀφίκη.

Imperator vero, cum iam antea Cæ-  
 saribus filiis suis imperium partitus  
 esset, & Occidentis quidem partes Con-  
 stantino & Constanti attribuisset, Ori-  
 entem vero Constantio affecta corporis  
 valetudine Helenopolim Bithyniæ per-  
 rexerit, ut aquis illic suapte natura cali-  
 dis uteretur. Sed cum morbus ingra-  
 vesceret, Nicomediam deportatus est.  
 Ibi in suburbano degens, baptismi sacra-  
 mentalulcepit. Quare mirum in mo-  
 dum exhilaratus, gratias egit Deo.  
 Condito dehinc testamento, filiis qui-  
 dem sicut jam dictum est, imperium di-  
 visit. Romæ vero, tam veteri, quam  
 juniore, relictis quibusdam privilegiis,  
 testamentum tradidit Presbytero illi  
 laudatori Ario, quem ut virum bonum  
 foror ipsius Constantia moriens ei com-  
 mendaverat. Additoque jurejurando  
 mandavit, ut simul atque Constantius  
 advenisset, testamentum ei redderet.

Nam neque iste, neque ullus ex filiis A  
 Caesaribus, morienti patri praesto fuit.  
 Haec cum mandasset, paucissimos dies  
 supervixit. Mortuus autem est anno  
 aetatis circiter quinto & sexagesimo,  
 cum annos unum & triginta imperavisset.  
 Vir Christianae religionis fautor  
 maximus, adeo ut primus ex Imperato-  
 ribus Ecclesiam summo studio fovere  
 & omnibus modis amplificare caeperit.  
 Idem in rebus gerendis fortunatissimus  
 omnium qui unquam fuerunt: quippe  
 qui sine divino nutu, ut mihi quidem B  
 videtur, nihil unquam aggressus sit.  
 Nam & ex bellis quae sub ipso exorta  
 sunt, tum contra Gothos, tum contra  
 Sarmatas, victoriam reportavit. Et  
 Reipublicae formam pro arbitrio suo  
 ita facile mutavit, ut & Senatuum no-  
 vum, & urbem Regiam sui nominis  
 condiderit. Gentilium vero supersti-  
 tionem quae tum à principibus, tum à  
 subditis, tamdiu culta fuerat, primo statim  
 impetu subvertit. Post mortem  
 corpus ejus in aureo loculo conditum,  
 Constantinopolim delatum est, & in  
 palatio depositum in edito quodam tri-  
 bunalis: Honosque & obsequium non  
 secus ac superstiri exhibitum est à Pala-  
 tinis. Porro Constantius qui tum in  
 Orientis partibus morabatur, ubi pri-  
 mum de patris morte certior factus est,  
 prope Constantinopolim advenit: &  
 regio funere celebrato, eum in Ecclesia  
 quae Apostolorum dicitur, sepelivit: in  
 qua Constantinus adhuc superstes mo-  
 numentum sibi construxerat. Ab illo  
 vero velut ab initio quodam propagata  
 consuetudine, quotquot postea Con-  
 stantinopoli regnarunt Imperatores  
 Christiani, ibidem sepeliri solent. Iri-  
 demque Episcopi: quippe cum sacerdo-  
 talis dignitas, meo quidem iudicio, Im-  
 peratoriae par, immo vero in sacris locis  
 etiam superior sit.

ἔτε γ' ἑσθ' ἔτε ἄλλ' ὁ τῶν καισάρων πατρὶ  
 τὰ παρὲν τελευτῶντι καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἐπιβί-  
 μῳ ὀλίγας ἐπέβη ἡμέρας ἔτελευτῶ-  
 σεν ἀμφὶ πέντε καὶ ἑξήκοντα ἐτη γεγονώς ἐν  
 τέτοις ὁ, τριάκοντα ἔτη βασιλεύσας ἀνὴρ  
 ἐστὶ μάλα κατὰ χριστιανῶν θεοσεβείας ἐπιτα-  
 τής, ὡς πρῶτος βασιλέων ἀρχαί τῆς ἐκκλη-  
 σίας ἀσπασθῆς, ἔτι εἰς ἀκρον ἐπίδοσεν  
 ἀγαγῆν ἐπίβουλός ὁ, ὡς ἔδει οἷον εἰπεῖται  
 ἐν οἷς ἐπεχειρήσεν ἀνδρῶν θεοσεβείας  
 κεν, ἔδει ἐπεχειρήσας ὅς γε πολεμῶν τε τῶν  
 αὐτῶν συμβαλῶν πρὸς γε γότθους καὶ σαρμα-  
 μάτας ἀσπασθῆς, καὶ τὴν πολιτείαν ἀσπασ-  
 θῆς ἀνὴρ ἔτω βραδύως μετασηματώσας  
 ἑτέραν κατὰς ἡσασταβελίω, καὶ βασιλεύσας  
 λιν τὴν ἐπὶ ἀνὴρ ἀνὴρ τῶν ἑλληνικῶν θεο-  
 σεβείας ἀμα τε ἐπεχειρήσας, καὶ ὀλίγως κατὰ  
 λεν, ἔπειτα ὁ δὲ χριστιανῶν τε καὶ δὲ χριστιανῶν ἐπι-  
 τε χριστιανῶν ἀσπασθῆς ἐπὶ ὁ τελευτῶν  
 δὲ ἰσομοίωθη αὐτῶν τὸ σῶμα εἰς κωνσταντι-  
 λιν ἐν λάρνακι χριστιανῶν, καὶ ἐπὶ βήματι τῆς  
 τοῖς βασιλείοις ἀπέβη τὴν τιμὴν καὶ ὡς  
 ὡς περὶ εἰς ζῶντα, καὶ ἀνὴρ ἑσθ' ἔτε ἑσθ' ἔτε  
 βασιλείοις ὡς δὲ τῶν τε παρὲν τελευτῶν  
 δάπην ἀνὴρ μνηστῆσαν ἔγνω κωνσταντι-  
 τῆ ἔω διαβίβων, σπασθῆς τὴν κωνσταντινῶν  
 κατέλαβε καὶ βασιλικῶς κηδεύσας αὐτῶν  
 ἔταβεν ἐν τῆ ἐπὶ ἀνὴρ τῶν ἀποστόλων ἐκ-  
 κλησία. ἐντα δὲ ἁγίων ἀνὴρ κωνσταντι-  
 ναίου ἁγίου κατεσκευάσεν ἀπὸ τῶν δὲ,  
 ὡς ἐκ τῶν δὲ χριστιανῶν ἔταβεν, καὶ αὐτῶν  
 ταῦτα τελευτήσας ἐν κωνσταντινῶν πόλει  
 σιλίαις χριστιανῶν κεν, καὶ μὴν ἀλλὰ ἐπὶ  
 σκοποῖς, ὡς ἔτι ἱεροσωμῆς ὁμοίως τῆς βασι-  
 λείας ἔταβεν μάλλον μὲν ἐν τοῖς ἱεροῖς  
 ποῖς καὶ τὰ πρῶτα ἔταβεν.

D